


RVADO

1

L.



Pres.

1911

v.

Reservato

Conimbricæ encomiū

AB IGNATIO MORALI
EDITVM.




CONIMBRICÆ

Apud Ioannem Barrerium Typographum
Regium.

M. D. LIII,



COPIA...
...
...
...



...
...
...
...
...

Serenissimo Principi

*D. Antonio fortissimi Principis. D. Lodo
uici Portugalliae Infantis filio
Ignatius Moralis.*

S. P. D.

HX elegiaco quodā opusculo, quod tuo
nomini nūcupatum aliquandò in lucē
edere cōstituo, princeps serenissime, hos
elegos, qui Conimbricæ laudes cōtinēt
nunc seorsum typis excudendos tradidi: ne longi
us differrem hanc gratiam inire ab vrbe florentis
sima, quam sic amo, vt pro ea patriū solum cōmu-
tarim. Fateor tamē hoc argumentū maius esse no-
stra mediocritate. Quippe, vt vnū Herculé condi-
torē (vt fama tradit) sortita est Conimbrica: sic eā
ab vno solo Apelle depingi, ab vno Marone descri-
bi cōdignè posse existimo. Qualescunq; autē hino-
stri sintelegi, eos tibi defero: cui & reliquorū libel-
lus destinatur, atq; ōnis nostra elaborat industria.
Tū etiam quia & tu ipse meritò hanc vrbe sūmo a-
moris studio diligis: in qua educatus & liberalibus
disciplinis informatus es. Exiguū igitur hoc mu-
nusculū à tuo clienticulo missum, hilari fronte ac-
cipe. Vale. Conimbricę idibus Septēb.

M. D. LIII.

Conimbricæ Enco mium.



Ntiquas reddat studijs Conimbrica Athenas:
Et docta præstat Pallade, & armigera.
Nam Lusitanos ræges prima edidu olim,
Fortia qui in Mauros arma tulere truces.
Illa & rotius fuit arx fortissima regni,

Constanti seruans integritate fidem.

Illam, dum Hispanas olim penetravit in oras,

Condidit (vt fama est) Amphitryoniades.

Nam cum Geryonis sæcundos ibat in agros.

Rapturus victo premia optima boues:

Ad Pyreneos montes diuenterat hospes:

Ardna Bebrycis qua loca regis erant.

Huius regali formæ excellebat honore

Filia Pyrenè, spesque parentis erat.

Hanc videt Alcides, subitoque exæstuat igne,

Audet & hospicij contemerare fidem.

Forte aberat Bebryx tunc, cum Tirynthius heros

Apta videt votis tempora adesse suis.

Cumque Cupidineis Bachæos adderet ignes:

Membræque forte epulis tunc saturata forent:

Vim facit: & nympha demulcens pectora dictis,

Erepto spolio virginittatis, abit.

Illam (fide manus) grauida conceperat aluo

Serpentem: tumida crescere cœpit onus.

In syluas abiit Pyrenè, ac lustra ferarum,

Victa metu, & fugiens victa pudore patrem.

De Bebrycæ re
ge montis Pyre
nei, & de eius fi
lia Pyrene me:
mini Silijs Ita
licus. lib. 3.

Serpentem interea aligerum (mirabile dictu)
 Edidit, & partus horrui ipsa suos:
 Hos simul effugit, solus seque abdidit antris:
 Flet misera indignas & notat inque genas.
 Herculis implorat frustra promissa, fide mque:
 Clamat & iratum supplice voce patrem.
 Thesea non aliter surdas clamabat ad vndas,
 Cum se deserta Gnosia abisse videt.
 Fundebat mæstotales ex ore querelas,
 Cum vela infidæ soluerat ille ratis:
 Ac dum pyrenæ curarum fluctuat æstu,
 Et fusa in ventos, irrita verba iacit:
 Pallentem & trepidam, atque inuscti vela vocantem
 Hospitibus inuadunt, diripiuntque fera.
 At vero Alcides victor, funesta reuersus
 In loca, Pyrenes fataque acerba dolens,
 Lustrauit colles sed tantum membra priora
 Inuenit, inque vnam virginis ora tulit.
 Et stupit visis, totoque expellauit ore,
 Quauis non illo fortior alter erat.
 Impleuit latè mæsti, vlnatibus auras:
 Et penitus montis contremuere iuga.
 Pyrene clamat, Pyrenem rura sonabant.
 Diffugiunt trepidæ per nemus omne fera.
 Sic olim tristes gemitus deduxit ab imo
 Pectore, & amissum sic quoque fleuit Hyllam.
 Perfunctus tandem lachrymus, & honore sepulchri,
 Pergit ab infesto mæstus abire loco.
 Custodita feris tumulo nunc ossa quiescunt.
 Moas à Pyrene virgine nomen habet.

A iij

Conimbricæ
insignia.

Nec post hæc multo fertur Tirynthus urbem
 Hanc nostram, & sedem constituisse sibi:
 Pyrenæque suæ casum & monumenta doloris
 Perpetuo ciues iussit habere suos.
 Stemma atque urbanis & sculpta insignia muris
 Vrna (vides) lacera virginis ora capit.
 Serpens, quem peperit, lateri coniunctus adheret,
 Atque leo: Herculeum seu quia regmen erat,
 Seu quia per sæuos fuerat discerpta leones,
 Cùm trepido infelix fugit in antra gradu.
 Tempora cur habeat (quæris) præcincta corona?
 Indicium hoc genitam rege fuisse notat.
 Fundatore igitur tanto Conimbrica gaudet:
 Cui cessere homines, indomitæque fera.
 Illam nonnulli cupressi ab imagine coni,
 Atque ex imbricibus nomen habere putant.
 Aspice, quàm viuunt concordia fœdere ciues,
 Quos habet: ut pacem mutuo amore colunt.
 Aspice, ut externos studio amplectatur amico:
 Et largitur opes officiosa suas.
 Quàm rerum diues, quàm fertilis vberè gleba,
 Quàm culta est tectis, artificumque opere.
 Pandite, Pierides doctæ, delubra operosa,
 Præcipuasque mihi commemorate domos.
 Ardua præcelso surgunt pallatia cliuo:
 Quæ latè campos, aruaque læta vident.
 Cyclosum ingenti quondam fundata labore
 Credas, Dædalea vels fabricata manu.
 Regum erat hæc sedes: at nunc pro tempore præbet
 Hospicium musis, gymnasijsque locum.

Sublimi hinc videas multos resonare cathedra
 Doctrina insignes, & pietate viros.
 Prasidet his rector, qui diue Hieronyme, vita
 Dogma tua seruat, iustitiamque colit.
 Hic ille est monachus veneranda etate Iacobus,
 Cognomen patrum cui sua Murca dedit:
 Deinde Scholæ veteris tecta instaurata resurgunt,
 Quorum nescimus quis tamen usus erit.
 Rex Lusitanus condit, qui ad talia facta
 Regales Ulro fundere gaudet opes.
 Amphitheatralis forma est, aspectus amœnus,
 Atque intra structas area pulchra domos.
 Turrita ulterius stant iuncta mœnibus arces:
 Carcere ubi horrendo noxia turba sedet.
 Vnaque ibi est, magno qua traxit ab Hercule nomen,
 Altera, qua semper turris abundat aquis.
 Agmina Apostolicos vise hinc imitantia ritus,
 Quæ muro Urbano tecta propinqua tenent.
 Fundunt se varijs habitacula multa meandris,
 Quæ sancta cætus simplicitate colit.
 Continguas habitant, diuine Hieronyme, sedes,
 Qui te sectantur relligione duces.
 Quæ tamen interea dum conditur altera sedes
 Latior, angustos hinc subiere lares.
 Hi mihi amicitia monachi sunt iure venusto
 Coniuncti, docui quos latiale melos.
 Nec procul hinc distat, præsul venerende Georgi,
 Viuenti fuerat qua tibi culta domus.
 Olli maiestas prisca est, operumque venustas,
 Atque auro paries, culta iue tigna micant.

Collegium discipulorū Iesu.

Collegium Hieronymitarum.

D. Georgius Almeida olim episcopus Conimbricensis.

Ecclesia metro-
politana.

Sacra inde apparent capitolia virginis almae,

Quae vario lapidum picta colore nitent.

Auro ades fulge, pulchris variata figuris,

Et spectatores detinet usque mora.

Hic tu conspicias quicquid poruere Myronis,

Quicquid Apelleae, Phidiaeae de manus.

Ornatum dederas talem, mirate Georgi,

In terris vitam dum tibi fata dabant.

Lux Almeridarum, antistes celeberrime salve,

Cui viguit casta fama pudicitiae.

Ioannis domus ad dextram est, cognomine clari,

Quod ductum à riuo stirps generosa dedit.

Præfectum hunc adytis ecclesia sede secunda

Post pastorem vrbis sceptraque sacra locat.

Sunt alia hic celebres ades, & pulchra Ioannis

Vaxij, & ampla Lupo quondam habitata domus.

Hinc ad Gartiae præclara palatia tende,

Quaque patent tanto limina digna viro.

Sed partem (ah) magnam hauserunt incendia nuper,

Dum vento exoritur flamma repente furæ:

Celsaque recta ruunt: ardet preciosa supellex,

Et versa in cineres gaza opulenta cadit.

Apparent etiam nunc vasta signa ruinae,

Luget & abruta mole superba domus.

Progredi uterius, gradibus quæ curia celsis

Tollitur, & versat publica iura forum.

Aspicias lectosque patres sanctumque senatum,

Atque magistratus ora timenda reo.

Parte alia a surgit magni domus alta Philippi,

Quam hæredes subeunt posteritasque sua.

Urbe, inde inferius paulo, delabere ad imas,

Est ubi, vulgari nomine, Strata Via.

Namque nouam hic posuit micis clementia sedem,

Qua multum ornatus atque decoris habet.

Perge dein, rectos ducit qua semita gressus,

Sancta saluti ferae stant ubi templa Crucis.

Hic ubi Sansonis geminos habet aera fontes,

Et sursum latices spargit uterque suos.

Hoc ornauit opus Blasius per mille labores:

Artistes Blasius religione pius:

Idem & Leirens praesul, diademate frontem

Vinctus, caelesti qui dape pascit oves:

Quique Augustini, quos regula cogit, in unum,

Rite reformauit, restituitque greges:

Primus & ad doctas eiecit fundamenta musas,

Inque Crucis templo gymnasiarcha fuit.

Alphonsi regis sunt hic spectanda sepulchra,

Inuicta gessit qui pia bella manu.

Hic ille est Henricides, fortissimus heros,

Qui pulchre gestis rebus, in astra subit.

Coenobium Augustum, & pulchras mirabere moles,

Quas fama in toto rumigera orbe canit.

Intus aquae gelidi fontes, & pomifer hortus

Arriident: stagnis innatat albus olor.

Hinc iter occultum ad vites, & praedia lata

Vastus suffossus pandit hiatus humo.

Tende gradum ulterius, vicum Sophiaeque require,

Quem Blasius statuit, nomen & ipse dedit.

Gymnasia aspicias, quae rex ingentibus orsis

In caelum nuper tollere coepit humo.

Vulgo Calçara.

Templū Misericordiae.

Coenobium sanctae Crucis.

D. Blasius Episcopus Leirensis.

Leirena oppidum antiquis inscriptionibus legitur vulgo Leirea dicitur.

Collegium Re-
gium.

Ille nouem musis sedes hic destinat amplas:
Nomen & auctoris regia recta trahunt.
Iam sileant Cares sua Mausolea sepulchra,
Atque suas Memphis barbara Pyramidas.
Mausopus surgit, quo toto illustrius orbe
Ante dedit nunquam, nec (puto) fama dabit.
Hic iuuenum ingenuas grex informatur ad artes,
Atque bonos mores, ingeniumque colit.
Certatim discunt, ferunt clamoribus auras.
(Gloria dat stimulos, supplicijque metus)
Quam multos Progne diffundit gutture cantus
Vere nouo, arguto sturnus & ore sonos.
Quam multa uic grues strepitant ad Strymonis undas,
Cum caelonus frigida cogit hyems.
Tanti operis curam, & caetus tibi fræna, Pelagi,
Oceani domitor, Lysiadumque dedit.
Namque bona decorant te artes, atque inclita Virtus,
Pallados & sacra Laureus ornat apex.
Tuque agmem reddis docile, & moderaris habenis,
Exemploque vocas facta ad honesta tuo.
Multa alia hic doctis collegia culta Camænis:
Et templa aspicias, addita cuique suum.

Collegium san-
cti Bernardi.

Cœnobium haud paruo cernes fundamine cœptum,
Diui Bernardi quod sacra turba colit.

Princeps Henri-
cus Cardinalis.

Henricus iussit cœdi, iustissimus heros,
Cui sancta incumbit religionis onus,
Exemplum Henricus probitatis, regia proles,
Quem decorat sacri cardinis altus honos:
Cui frons Puniceo splendet redimita galero,
& Pariter Tyrio palla colore rubet:

Sacrorum Antistes nostris qui maximus oris,
 Summi pontificis iura, vicesque tenet.
 Quemque pudor castus clarum super ethera tollit:
 Quique est occidua gloria summa plaga.
 Marmoris sequitur delubrum insigne columnis,
 Cui de Carmelo nomen origo dedit.
 Baltasar crexit tuus est qui, Braccharas, præsul,
 Quem merita in tanto constituere loco.
 Præterea Charitos dictum de nomine templum
 Eminent, immensi grande laboris opus.
 Fundavit monachi Lodouici industria, docto
 Qui populum mores edocet ore pios.
 Namque Augustini vitam, moresque professus,
 Et terris rectam monstrat in astra viam.
 Tu quoque musæon Petro Roderice sacraasti
 Nobile, diuitijs adificasque tuis.
 Docte senex, tibi victurum per sæcula nomen
 Dant sacri Canones, vitaque labe carens.
 Templum etiam Dominice tibi candore refulget,
 Atque nouum extruitur non procul à veteri.
 Præfectus statuit Marinus Pallade doctus
 Cælesti, atque idem relligiosus homo.
 Omniaque hæc opibus surgunt adiuta Ioannis,
 Qui merito patriæ dicitur esse pater.
 At Franciscanos arctant nunc hospita tecta.
 Huius, paupertas, est (puto) causa mali.
 Sed domus his etiam quondam spatiosa parebit,
 (Sic sperare decet) gymnasiumque capax.
 Postquam hæc lustraris, retro vestigia verte,
 Tandem dextro calle reflecte viam.

Collegium Car
melitarum.

Baltasar Impus
Archieps Bra-
charenfis.

Collegium gra-
tiæ.

Frater Ludoui-
cus Montoia.

Collegium san-
cti Petri.

Rodericus lo-
pez caruallus.

Collegium san-
cti Domini.

Frater Martin^o
de Ledesma.

Collegium san-
cti Francisci.

*Perge: vetus namque est Dominici conspicienda
A Edes, vicina quâ fluit amnis aqua.*

Cantanedum
oppidū iuxta
Conimbricā.

*Ad Cantanedi comitis pallatia magna
Inde per ambages floete reuersus iter.*

*Inclita conspicias claræ incunabula gentis,
Arte laboratos, conspicuosque lares.*

*Ad venale forum perge hinc, & sacra videnda
Hospicia: hæc nec sum prætereunda tibi.*

Vulgus Eloios
monachos vocat

*Excipit hic ægros Ultro, & succurrit egenis,
Nomine ab Eligij turba vocata patrum.*

*Hinc vrbis portam pete recta: egressus ab vrbe,
Cerne suburbanis multa videnda locis.*

*Aspice, quàm longè curuatos digerit arcus
Pons, & Romuleum pulchrè imitatur opus.*

*Talem ego crediderim sæclo struxisse vetusto
Xerxem, cum iussit bina coire vada.*

*Aurifer irriguis latè diffunditur agris,
Inque suas flexus Monda recurrit aquas,*

*Monda sacros potant cuius de Flumine rores
Cum Phœbo doctæ, turba nouena dea.*

*Oblitæque suas liquidi permiffidos vndas,
Castalios gaudent deseruisse lacus.*

*Namque illas Princeps duxit Conimbricæ ad vrbem,
Qui Lusitani est arbiter imperij.*

IOANNES
Rex Conim-
bricæ Acade-
miæ conditor.

*O vrbem pylio nuat spatiosus ~~lucus~~
Tam miris populi Rexque paterque sui.*

*Adde, quod in Monda simulatur imagine pontus,
Inque vrbem merces flumine nauta vehit:*

*Remigat: interdum & ventis dat vela secundis,
Cursibus & spectat sidera amica suis.*

Flumine Francisci alluitur venerabile templum,

Estque vicistatu numine plena domus.

Ad lenam est edes Annæ, fundata verusto

Saxo, & arenosis undique cincta vadis:

Grex ubi Virgineus sacro vestitus amictu,

Diuinum numen, pauperiemque colit.

Proxima que est edes diuæ celeberrima Clara,

Sanctæ & regina stat veneranda domus,

Regina, cuius virtus notissima terris,

Miraclis etiam nunc manifesta patet.

Hic herôinas includunt claustra puellas,

Quas pia religio, castaque vota ligant:

Concessere quibus prisca penetralia vestæ,

Quam coluit quondam vana superstitio.

Hortus adest, fructus largè qui præbet, & idem

Penè lares tangit luxuriante coma.

Huc fons vicinus tenebroso lapsus ab antro

Mittit aquas: vulgò nomen Amoris habet.

Nam fons hic fertur caluisse cupidine Monde,

Et de Naiadum nympha fuisse choro.

Nunc etiam tacitè veteres suspirat amores,

Et fluuio auersa cogitur ire via.

Fert tamen indignè, dominam que reuiscere pugnas,

Fusus interdum Monda redundat aquis.

Inuider Alpheo, qui cursu, Arethusa, perenni

Te petit, amplexu perfruiturque tuo.

Alter a nympha tamen nunc Mondam allexit amore,

Et veterem pellex flammam abolere facit.

Namque novos rupit latices in margine ripe,

Inque amnem liquidas lapsa refundi aquas.

Templū vetus
sancti Frãncisci.

Fons amorum.

Vulgò fons no-
uus.

Cœlesti Dominæ sacrum est in colle sacellum,
 De spe nomen habens, parua, sed apra domus.
 Altera (Laureto nomen deducit) ad vndam
 Piscosi Mondæ, facta quoque arte, sita est.
 Nec procul hinc agrus scabium & contagia curat
 Lazarus, atque inter culta vireta sedet.
 Sunt & Martiæo pallatia proxima diuo
 E' conspectu vrbis monte in oliuifero.
 Hæc pario ostendunt pulchros de marmore postes,
 Et vicina sibi, ruraque amœna vident.
 Nec taceam diui turres & recta Georgi,
 Qui ad mondæ ripam florida rura tenet.
 Culta loci facies, sacri nemorumque recessus,
 Ac Telluris opes ripa ab utraque virent.
 Hinc iuuat vndinagis intendere piscibus hamos,
 Inde in frondoso retia monte feris:
 Pinguis vbi gaudet latitare cuniculus antris,
 Et fugit auritus per iuga summa lepus.
 Turdus edax crebrò volitat nemoralibus vmbriis,
 Euolat & perdix proxima semper humo.
 Aspirant moles zephyri, volucresque susurrant:
 Lapsa que de celsa flumina rupe cadunt.
 Parnassi (dices) hæc est florentis imago,
 Talis & è gelido Lympha Elicone fluit.
 Quid cœreris campos, flauæ collesque Mineruæ
 Dicam? vitiferos quid quoque Bacche tuos?
 Ditia non plures diffundunt Gargara aristas,
 Nec magis est olei Bethycæ terra ferax.
 Nec meliora putem prælis expressa falernis,
 Aut Methymnæo condita vina cado.

Allusio!

Agri iuxta flum.
men Mondam.

Quid citrij nemoris fructus, quid Medica mala
Eloquar? & formas multiplices auium?

Vulgò Citriale

Nam quaedam volucres soluis captantur opacis,

Quasdam producunt stagna silentis aquae.

Vbera grex pecoris praebet turgencia lacte,

Cecropiosque flumunt mella imitata fauos.

Adde quoque innumeros pisces, quos Monda vadofus

Voluit, & armentum pingue, quod inde bibit.

Quin etiam viui portantur ab aequore pisces,

Quos dant vicini littora bina maris.

Linteae nec taceam, totum celebrata per orbem,

Quae nusquam filo nobiliore nitent.

Setabis huic linopalmae concedit Hibera:

Hoc oneretque suam bulta Minerva colum.

Nec satis est, hortos coniunctos moenibus esse,

Quos iuxta labens fluminis unda rigat:

Vulgò rigaça.

Nec satis, irriguos fontes crepitantibus undis

Cernere, foecundis pomaque in arboribus:

Urbis quin etiam gelidam parte altera ad Arcton

Rus est, cui cornu copia diues inest.

Indigenae dicunt Cosellas: vndique riuis

Cosella.

Per strepit, & rerum fertilitate viget.

Nam late vernant nitido pomaria cultu.

Non est in toto gratior orbis locus:

Non loca per uigili quondam seruat a Draconi,

Nec quae olim Alcimoo fama fuisse refert.

Nec quae Thessaliae celebrantur frigida tempe,

Aut Tiburtini rura beata soli.

Delubrum est (Cellas dicunt) in valle propinqua,

Cella.

Innupti sexus quod sacer ordo colit.

Omnia & hic cernes pulchro splendere paratu,
 Mixta iuecum pretio gratia multa loco est.
 Candida Tenario fulgent altaria saxo,
 Astirio iue intus frugrat odore domus.
 Cultus abundat ager pomus, & oleatibus herbis,
 Multa iue cantantes accipit arbor aues.
 Arboreas inter ra.lices serpere gaudet,
 At iue olera aspergit ductile flumen aqua.
 Virgineusque choros clauso spaciatus in horio,
 Purpureas casto colligit inque rosas.
 Hinc perge Antoniphantum, & deserta videre,
 Et vitam austeram, casta iue corda patrum.
 Namque sago induti, nuda vestigia planta
 Ponunt, & chorda corpora cincta gerunt.
 Gens in munus opum, cui nummos tangere crimen,
 Et mos est, nudo penè, cubare solo.
 Nil illi proprium, non terram exercet aratio,
 Sed mendicatos portat ab vrbe cibos.
 Felices anime, mundum penitusque perose,
 Et quibus est vni cura placere Deo.
 Rus latè pater, & pinus, mæstasque cupressos,
 Baccifera iue nemus Palladis, aura quatit.
 Paulo inde inferius, phantum est in vallibus imis,
 Spiritus alme tibi religione sacrum.
 Fons intrò illapsus, feruentis subleuat æstus
 Solis, & assiduo murmurat in la sono.
 Lucus adest circum, densus, frigentibus vmbriis.
 Garrula fontanus obstrepit ales a iuis.
 Nam plures iuxta Daphnòna virentia fontes
 Ad sunt, quos viridicespie obumbrat humus.

Cœnobium san
 cti Antonij.

Adde, quod & populum laeris Conimbrica ludis
 Exhilarat, crebrè quos celebrare solet.
 Nam quoties quisquam studijs sua premia poscit,
 Et Lauri emeritum cingere fronde caput:
 Antiquo canitur laerus de more triumphus.
 Pergit & ad doctas ordine pompa Scholas.
 Incedit rector, comitatus fascibus aureis,
 Atque comes sequitur densa caterua virum.
 Turba ut doctorum, redimitaque tempora sertis,
 Textaque quisque suo tincta colore gerunt.
 Plebs stupefacta ruit studio diffusa videndi,
 Et reboant festo tympana pulsa sono.
 Miscet & alterno strepitu tuba rauca sonorem,
 Argutos fundunt & caua buxa modos.
 Tum personatis iuuenes discurre gaudent
 Vultibus, & lepidos ore referrè iocos.
 Sic cum Romanus domito dux hoste triumphum,
 Atque olim niueos victor agebat equos:
 Laurigerum magno excipiebat honore senatus,
 Et populus plausum voce sonante dabat.
 Tota igitur gaudet clamore Academia festo,
 Donatur Laurum dum quis Apollinea.
 Attalica exornant spatiosum aulaea theatrum:
 Ordo sedet patrum, Palladiusque chorus.
 Copia mulcebit tunc te facunda soluti
 Eloquij, atque fluens de Cicerone lepos.
 Teque graui incedens tumefacta Tragoedia versu,
 Aut foeco alliciet comica musa leui.
 Nec minus exultat, si quis cerramine pulchro

Ingenij, victor præmia forte tulit:
 Attribuuntque illi suffragia plura cathedram,
 Discipulis magnum tradat ut inde sophos.
 Tunc illi sua turba fauens, rumore secundo
 Ingeminat plausus, lætitiæque fremit:
 Victorem exclamat, populoque ostentat euntem,
 Attollitque humeris, in cathedrâque locat.
 At contra victus, frustra suspiria ducit,
 Mœret, & in terram lumina fixa tenet.
 Circumstant socij, & mœsto solatia dicunt,
 Ut que leuet curas spe meliore, iubent.
 At cum festa dies vocat ad solennia sacra,
 Votivâsque monet fundere ab ore preces:
 Iti iuuenum duplici serie studiosa caterua,
 Quam niger ornatus, vestis honesta tegit.
 Sic formicarum longo ordine nigricat agmen,
 Tempus in hybernium dum vehit ore cibos.
 Æmula Romanis nostrâ est Conimbrica ludis,
 Est & Romanis æmula diuitijs.
 Vidi ego, cum festa fierent solennia luce
 Ludrica, cum tota plausus, in vrbe foret:
 Diuitis vrbis opes, luxum rerumque superbium,
 Atque auri, externos obstupuisse viros.
 Saltatorum humeris nixæ, sua membra puella
 Flecebant, crotali gestu imitante sonos.
 Murice Sidonio fulgens, & vellere Serum,
 Atque Arabum intextus stamine cultus erat.
 Pendebant pallæ, crines collegerat aurum:
 Sed nec erat cultu diuite forma minor:
 Quotque habet in pennis stellas Tunonius ales,
 Quot vario flores Hybla colore parit:

Mimæ Lusitanæ

Armilla totidem habebant in vestibus aurea,
 Et gemma, A Eois quas legit indus aquis.
 Quid, cum belligeros manus est imitata Suevos,
 Atque pedes sequitur cum duce signa suo?
 Agminis ornatus varius, cristaque comantes
 Quem media attonitum non tenuere via?
 Namque modo incedunt recto per compita gressu
 Binae acies, manibus splendidaque arma gerunt:
 Atque modo implicitos circumflectuntur in orbis,
 Donec in angustum cogitur arte globus.
 Cumque iterum gyris se se explicuere retextis,
 Directo geminus rursus it ordo gradu.
 At dum audax media plebs tauro insultat arena,
 Et ciues in equis praelia ficta gerunt:
 Formosa è rectis spectant, cultaque puella,
 Unde pharetratus tela Cupido iacit.
 Dumque aliquis iuuenem securus forte videbat
 Cornigeri tergo spicula fixa bouis:
 Ipse quoque ingemuit, sensitque in pectore telum
 Saucius, & spectans vulnere, vulnus habet.
 Singula quid referam? quæ si comprehendere vellem,
 Verba mihi desint, deficiatque dies.
 Oppida circumstant latos dispersa per agros,
 Quæ florent opibus, delitiisque suis:
 Nobile Tentugal, Marci & radiantia templa:
 Quæque alia omnino longa, referre, mora est.
 Nec procul Urbe, nouam poteris, veteremque videre
 Condeixam, prisca & monumenta notis:
 Fluminæque in media æstate illabentia in ades,
 Et Citrios hortos, fructiferumque nemus.
 Altior at cunctis magno Conimbrica fastu,


Cōdeixa noua
 oppidū amœni
 tate celebre.


Instar reginae tolli in astra caput.
 Naturaque loci tua est, auraque salubri,
 Et raro hic morbis corpora tacta dolent.
 Religio hic viget, & pietas, artesque Mineruae,
 Et flos doctorum, nobiliumque virum.
 Quid si bella vocent Aëtos tendere in Indos,
 Seu sit opus duros Marte domare Libas:
 Robore prestantes acies Conimbrica mittit,
 Herculeusque animus fortia facta probant.
 Horum fulvus ope Alphonsus rex inclitus armis.
 Quinque olim regum corpora fudit humi:
 Torque vrbem hanc spolys intravit onustus opimis,
 Cū posuisset templum sacræque recta crucis.
 Vivat, & in maius semper Conimbrica crescat,
 Floreat & studiis, floreat atque opibus.
 Hic mihi iucundam liceat traducere vitam:
 Hic mea, cū moriar, molliter ossa cubent.


Idem Ignatius Moralis ad Conimbricā.

Te fama (& merito) extollit Conimbrica, & arcis
 Alcides fertur conditor esse tuæ.
 Præstabat quantum reliquis mortalibus ille,
 Inuicta domuit qui fera monstra manu:
 Tu reliquis tantum certe (me iudice) præstas
 Vrbibus: inuideat Martia Roma tibi.
 Attingimus tantum tua prima exordia laudum,
 Et loca, quæ cultu splendidiore nitent.
 Singula qui latè, & ciues depingere vellet:
 Nimirum longas conderet Iliadas.

FINIS.









RE
19
B.